

Bijlage VWO
2026

tijdvak 2

Latijnse taal en cultuur

Tekstboekje

Tekst 1

Laelius vertelt over het kiezen van vrienden.

1 Sed — saepe enim redeo ad Scipionem, cuius omnis sermo erat de
2 amicitia — querebatur quod omnibus in rebus homines diligentiores
3 essent: capras et oves quot quisque haberet dicere posse, amicos quot
4 haberet non posse dicere; et in illis quidem parandis adhibere curam, in
5 amicis eligendis neglegentes esse, nec habere quasi signa quaedam et
6 notas, quibus eos qui ad amicitias essent idonei iudicaret.

7 Sunt igitur firmi et stabiles et constantes eligendi, cuius generis est
8 magna penuria. Et iudicare difficile est sane nisi expertum; experiendum
9 autem est in ipsa amicitia. Ita praecurrit amicitia iudicium, tollitque
10 experiendi potestatem. Est igitur prudentis sustinere ut currum, sic
11 impetum benevolentiae, quo utamur quasi equis temptatis, sic amicitia
12 aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Quidam saepe in parva
13 pecunia perspiciuntur quam sint leves; quidam autem, quos parva movere
14 non potuit, cognoscuntur in magna. Sin vero erunt aliqui reperti qui
15 pecuniam praeferre amicitiae sordidum existiment, ubi eos inveniemus qui
16 honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiae non
17 anteponant, ut cum ex altera parte proposita haec sint, ex altera ius
18 amicitiae, non multo illa malint? Imbecilla enim est natura ad
19 contemnendam potentiam; quam etiamsi neglecta amicitia consecuti sint,
20 obscuratum iri arbitrantur, quia non sine magna causa sit neglecta
21 amicitia. Itaque verae amicitiae difficillime reperiuntur in eis qui in
22 honoribus reque publica versantur; ubi enim istum invenias, qui honorem
23 amici anteponat suo? Quid, haec ut omittam, quam graves, quam difficiles
24 plerisque videntur calamitatum societates? Ad quas non est facile inventu

25 qui descendant. Quamquam Ennius recte "Amicus certus in re incerta
26 cernitur", tamen haec duo levitatis et infirmitatis plerosque convincunt,
27 aut si in bonis rebus contemnunt, aut in malis deserunt. Qui igitur utraque
28 in re gravem, constantem, stabilem se in amicitia praestiterit, hunc ex
29 maxime raro genere hominum iudicare debemus et paene divino.

Cicero, Laelius / De Amicitia 62-64

Tekst 2

Wanneer is iemand een echte vriend?

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM

1 Epistulas ad me preferendas tradidisti, ut scribis, amico tuo; deinde
2 admones me ne omnia cum eo ad te pertinentia communicem, quia non
3 soleas ne ipse quidem id facere: ita eadem epistula illum et dixisti amicum
4 et negasti. Itaque si proprio illo verbo quasi publico usus es et sic illum
5 amicum vocasti quomodo omnes candidatos 'bonos viros' dicimus,
6 quomodo obvios, si nomen non succurrit, 'dominos' salutamus, hac
7 abierit. Sed si aliquem amicum existimas cui non tantundem credis
8 quantum tibi, vehementer erras et non satis nosti vim verae amicitiae.
9 Tu vero omnia cum amico delibera, sed de ipso prius: post amicitiam
10 credendum est, ante amicitiam iudicandum. Isti vero praepostero officia
11 permiscent qui, contra praecepta Theophrasti, cum amaverunt iudicant,
12 et non amant cum iudicaverunt. Diu cogita an tibi in amicitiam aliquis
13 recipiendus sit. Cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte; tam
14 audaciter cum illo loquere quam tecum. Tu quidem ita vive ut nihil tibi
15 committas nisi quod committere etiam inimico tuo possis; sed quia
16 interveniunt quaedam quae consuetudo fecit arcana, cum amico omnes
17 curas, omnes cogitationes tuas misce. Fidelem si putaveris, facies; nam
18 quidam fallere docuerunt dum timent falli, et illi ius peccandi suspicando
19 fecerunt. Quid est quare ego ulla verba coram amico meo retraham? Quid
20 est quare me coram illo non putem solum? Quidam quae tantum amicis
21 committenda sunt obviis narrant, et in quaslibet aures quidquid illos urit
22 exonerant; quidam rursus etiam carissimorum conscientiam reformidant
23 et, si possent, ne sibi quidem credituri interius premunt omne secretum.
24 Neutrum faciendum est; utrumque enim vitium est, et omnibus credere
25 et nulli, sed alterum honestius dixerim vitium, alterum tutius. Sic utrosque

26 reprehendas, et eos qui semper inquieti sunt, et eos qui semper
27 quiescunt. Nam illa tumultu gaudens non est industria sed exagitatae
28 mentis concursatio, et haec non est quies quae motum omnem molestiam
29 iudicat, sed dissolutio et languor. Itaque hoc quod apud Pomponium legi
30 animo mandabitur: "Quidam adeo in latebras refugerunt ut putent in
31 turbido esse quidquid in luce est." Inter se ista miscenda sunt: et
32 quiescenti agendum et agenti quiescendum est. Cum rerum natura
33 delibera: illa dicet tibi et diem fecisse se et noctem. Vale.

Seneca, Epistulae Morales ad Lucilium 3

Tekst 3

Seneca schrijft over het belang van dankbaar zijn.

1 Itaque ingrati esse vitemus non aliena causa sed nostra. Minimum ex
2 nequitia levissimumque ad alios redundat: quod pessimum ex illa est et,
3 ut ita dicam, spississimum, domi remanet et premit habentem,
4 quemadmodum Attalus noster dicere solebat, "Malitia ipsa maximam
5 partem veneni sui bibit". Illud venenum quod serpentes in alienam
6 perniciem proferunt, sine sua continent, non est huic simile: hoc
7 habentibus pessimum est. Torquet se ingratus et macerat; odit quae
8 accepit, quia redditurus est, et extenuat, iniurias vero dilatat atque auget.
9 Quid autem eo miserius cui beneficia excidunt, haerent iniuriae? At contra
10 sapientia exornat omne beneficium ac sibi ipsa commendat et se adsidua
11 eius commemoratione delectat. Malis una voluptas est et haec brevis,
12 dum accipiunt beneficia, ex quibus sapienti longum gaudium manet ac
13 perenne. Non enim illum accipere sed accepisse delectat, quod immortale
14 est et adsiduum. Illa contemnit quibus laesus est, nec obliviscitur per
15 neglegentiam sed volens. Non vertit omnia in peius nec quaerit cui inputet
16 casum, et peccata hominum ad fortunam potius refert. Non calumniatur
17 verba nec vultus; quidquid accidit benigne interpretando levat. Non
18 offensae potius quam officii meminit; quantum potest in priore ac meliore
19 se memoria detinet, nec mutat animum adversus bene meritos nisi
20 multum male facta praecedunt et manifestum etiam coniventi discrimen
21 est; tunc quoque in hoc dumtaxat, ut talis sit post maiorem iniuriam
22 qualis ante beneficium. Nam cum beneficio par est iniuria, aliquid in
23 animo benivolentiae remanet. Net zoals een verdachte wordt
24 vrijgesproken als de stemmen staken en zoals iets twijfelachtigs uit
25 wellevendheid altijd ten goede wordt opgevat, zo voelt de geest van een
26 wijze zich weliswaar tot niets verplicht wanneer iemands verdiensten
27 opwegen tegen zijn misstappen, maar blijft hij toch de wens koesteren
28 een verplichting te hebben en gedraagt hij zich net als mensen die nog
29 afbetalen nadat de schuld al vereffend is.

30 Niemand kan overigens dankbaarheid uiten wanneer hij zich iets
31 aantrekt van die dingen waarvan het gewone volk in paniek raakt: als je
32 iemand een wederdienst wilt bewijzen, stel je je bloot aan verbanning en
33 levensgevaar en armoede en aan regelmatige bezoedeling en smadelijke
34 belasting van je onschuld. Een dankbaar man betaalt zelf geen lage
35 prijs. Niets vinden we kostbaarder dan een weldaad zolang we ernaar
36 verlangen, niets waardelozer na het ontvangen ervan. Vraag je naar de
37 oorzaak waardoor we niet meer denken aan wat we ontvangen hebben?
38 De begeerte om dingen te ontvangen; we denken niet aan de wensen die
39 vervuld zijn, maar aan wat nog te wensen overblijft. We worden van de
40 wijs gebracht door rijkdom, eerbewijzen, macht en andere zaken die naar
41 onze mening kostbaar, in feite waardeloos zijn.

Seneca, Epistulae Morales ad Lucilium 81.22-30

Tekst 4

In het gedeelte dat aan de onderstaande tekst voorafgaat, heeft Seneca aan Lucilius verteld dat hij een tijdje in Campanië verblijft, in Zuid-Italië. De landstreek Campanië heeft volgens veel mensen een rustgevende uitstraling.

In de onderstaande tekst schrijft Seneca dat gemoedsrust toch niet afhangt van de plaats waar je je bevindt: gemoedsrust moet van binnenuit komen. Het feit dat Lucilius zich onprettig voelt, komt volgens Seneca dus niet doordat hij niet in Campanië is.

Vanaf regel 5 betoogt Seneca dan dat Lucilius natuurlijk wel in gedachten naar Campanië kan komen. Uiteindelijk kun je, schrijft Seneca verder, veel intensiever contact hebben met je vrienden wanneer je in gedachten bij elkaar bent dan wanneer je echt bij elkaar bent.

- 1 Sed non multum ad tranquillitatem locus confert; animus est, qui sibi
- 2 commendet omnia. Vidi ego in villa hilari et amoena maestos, vidi in
- 3 media solitudine occupatis similes. Quare non est quod existimes ideo
- 4 parum bene conpositum esse te, quod in Campania non es. Quare autem
- 5 non es? Huc usque cogitationes tuas mitte. Conversari cum amicis
- 6 absentibus licet, et quidem quotiens velis, quamdiu velis. Magis hac
- 7 voluptate, quae maxima est, fruimur, dum absumus.
- 8 Het samenzijn maakt ons namelijk verwend, en omdat we regelmatig
- 9 samen spreken, wandelen en bij elkaar zitten, lukt het ons niet, wanneer
- 10 we uit elkaar gegaan zijn, aan hen te denken die we kort daarvoor nog
- 11 gezien hebben. En daarom moeten we het kalm verdragen, als we niet bij
- 12 onze vrienden zijn; je bent sowieso ook niet voortdurend met je vrienden
- 13 samen wanneer zij wél in de buurt zijn.
- 14 Pone hic primum noctes separatas, deinde occupationes utrique diversas,
- 15 deinde studia secreta, suburbanas profectiones; videbis non multum esse,
- 16 quod nobis peregrinatio eripiat. Amicus animo possidendus est; hic autem
- 17 numquam abest.

Seneca, Epistulae Morales ad Lucilium 55.8-11

Aantekeningen

- regel 1 **conferre ad** + *accusativus* bijdragen aan
locus je locatie
- regel 1-2 **sibi commendare** voor zichzelf bepalen
- regel 2 **maestos** *Vul aan: homines*
- regel 3 **occupatis similes** (*accusativus*) mensen die druk bezig leken te zijn
Quare non est quod existimes Je moet dus niet denken
ideo *Hiermee wordt vooruitgewezen naar quod (regel 4).*
- regel 4 **bene conpositus esse** zich prettig voelen
Quare Hoezo
- regel 5 **non es** *Vul aan: in Campania*
Huc usque hierheen
- regel 6-7 **hac voluptate** *Verbinden met fruimur (regel 7).*
- regel 14 **Pone hic** + *accusativus* Denk hierbij aan (*'hierbij' verwijst naar het niet-samenzijn dat in regel 12-13 genoemd is.*)
occupatio (*vrouwelijk*) bezigheid
utrique voor beiden (*namelijk voor jou en een vriend*)
- regel 15 **profectio** (*vrouwelijk*) uitstapje
- regel 16 **peregrinatio** afwezigheid
possidere meenemen
autem *Onvertaald laten.*